



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Quibus Totum Hominis Christiani Officium Explicatur; Quídkue is fugere,
quid agere debeat, quàm exactissimè traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindelicorum, Anno M.DCCXII.

VD18 90637054

Discursus XXI. De Indulgentijs. Cùm Indulgentiæ sint subsidium
charitativum ab Ecclesiâ ad satisfaciendum divinæ Justitiæ, quæ suum
requirit, nobis donatum, duæ circa illas explicantur doctrinæ; una ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51667)

Actur, ut noxæ olim admiffæ deleantur, proque iis fiat facis, & nullæ deinceps admittantur. *Hofiam viventem, sanctam, Deo placentem.* Huiusmodi Jejunii qui portionem non modicam fumpferit, expertus difcer, quàm non ex vano ejus fructus promiferim, recuperatam Dei gratiam & amicitiam, edomitas animi perturbationes, & immortalitatem illâ,

quam perdidimus, multò præfantiorem. Faxit bonus Deus, ut quodcunque deinceps feremus Jejunium, hac triplici ratione modòque sanctificetur, noftræque ejus abftinentiæ præmiùm fit beata illa cœna, quæ fe femper fatiabit, ut nunquam nafeam, famem tamen fui cum fatietate relinquat fempernam.

DISCURSUS XXI.

De Indulgentiis.

I. Magna illius auri æftimatio, permagnum prærium eft, quod fluvii fecum trahunt; idque non eo folum ex capite, quòd, Plinio

tefte, omni alio *absolutius aurum* eft atque perfectius, verùm etiam quia, etfi pretiofius, labore tamen multò minore paratur: abaque eo enim, quòd mortales vivos fe quodammodo fubterraneis in fodinis fepelire, lignum palatùmque tractatione vires exhaurire, inter præduras glebas occallefcere, plurimis maximisq; fe exponere periculis cogantur, fedentibus tantùm ad flavi fluminis ripas, & propè otiofis obfequiofæ undæ charum, optatùmque munus offerunt, & tantùm non obrudunt. Sentio me incitari ad fcras Indulgentias beneficis hifce undis comparandas: iftæ liquidem, ab-

que illa fori Pœnitentiæ afperitate & rigore, bonum nobis conferunt, quòd tanto labore, tanto conatu alibi Fideles quærunt, plenam inquam noxarum veniam ac condonationem, omni jure ad pœnam non minùs, quàm culpam, extincto. De his proinde Indulgentiis hodie differendum eft; utque magis perfpicua evadant omnia; duas in partes differtationem dividemus: priore investigabimus, unde fcatent nobileffimum illud aurum, arena illa pretiofa, quam Indulgentiæ, tanquam liberales fluminum aquæ, in finum quodammodo nobis ingerunt? Pofteriore viam ac rationem explorabimus, quâ quàm maximas hinc opes parare poffimus.

II. Duo nobis impedimento funt, quòd minùs cœleftis patriæ beatitate potiamur, Culpa ac Pœna: Culpa quidem, quia pugnat cum amore Dei,

Dei, qui est unica & perpetua Beatorum occupatio: Poena, quia cum gaudio de Deo possessio componi non potest. Huic autem utrique impedimento tollendo claves servantur, quarum cura primò credita est S. Petro, sicut ante illum ne Sacerdotum quidem Legis Mosaicæ Princeps illas unquam acceperit; propterea quòd tunc velut trabes objectæ cælum clauderent, ad quas cum neque reducendas, neque amovendas claves servantur, non erat, quòd tunc de illis ageretur. Porro, quæ culpam sequitur Poena, duplicis generis est: prioris, æterna est, cujus simul cum culpa gratiam Sacerdos facit, dum in Sacramento ab illa absolvit: alterius, temporaria: atque hæc etiam culpâ abolitâ, magnam saltem partem, laenda restat. Juri autem ad hanc sustinendam extinguendo Indulgentiæ deserviunt, quarum idcirco naturam rectè explicaverit, qui dixerit, Indulgentias esse Remissionem poenæ ad certum tempus hæc vel alterâ in vita luendæ; & remissionem quidem, quæ nobis extra Sacramentum obtingat; non tamen omnino gratuitam (qualem quidem nulli concedere hac in Providentia, seu statuto rerum ordine, Deo visum est) sed per modum, quod ajunt, subsidii charitativi; dum nimirum Ecclesiâ, nostro inæstimabili commodo, grande illud suum ærarium recludit, ex quo, pro arbitrio, plus minusve depromimus, repræsentandum Deo pro nominibus, quibus nos ipse sibi obstrictos habet. His ita constitutis, jam

R. P. Segneri S. J. Christ. Instr. Tom. III

oportet, ut pollicitus sum, vobis ostendere, unde tandem existat ingens ille thesaurus, ex quo Ecclesiâ innumeris ditet, quin tamen eum unquam exhaustiat? Atque hoc demonstrabo, si attentas mihi aures præbueritis.

I.

III. Illud hîc primò tenendum, actiones nostras, & opera salutaria omnia, geminas dotes habere, quæ ab illis separari non possint: Meritum, inquam, & Satisfactionem. Meritum aliud non est, quàm dignitas ad aliquod præmium, quam consequitur, quisquis rectè & ex virtute vera quidpiam agit: hæc autem ita operantis ipsius est propria, ut alteri eam cedere nullâ ratione possit. *Unus. 1. Cor. 9. quisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem; ut Apostolus affirmat. Satisfactio est, quæ sigillatim expunguntur nomina, quæ tam facile peccando contraximus. Hæc etiam alijs donari potest, haud aliter ac in arbitrio divitis est satisfacere nominibus, quæ egenus aliquis fecit: Ps. 2. Cor. 8. supra abundantia illorum suppleat inopiam.* Hinc porro intelligere jam licet, unde profluxerint opes illæ amplissimæ, è quibus Ecclesiâ innumeris erogare possit, quo debitis suis satisfaciunt, Conflatus nimirum thesaurus hic est ex actionibus ad satisfaciendû aptis, quas tum alii Dei amici, tum sanctissima Virgo Mater, tum præcipue Servator ipse Jesus in æratio Ecclesiæ reliquere. *S. Th. 3. p. supp. Ec. 9. 25. art. 1.*

IV. Sunt etenim haud pauci ex amicorum Dei numero, qui plus lon-

Pp

gè

gè exolverunt Deo, cruciatibus suo arbitrio toleratis, doloribus morborum, supplicii Tyrannorum, & laniena multò duriore, quàm suis pronoxis ipsi deberent. S. Joannes Servatoris Præcursor, Matris in utero non à labe tantùm omni purgatus, sed & tanto gratiæ cumulo donatus est, ut *magnus Coram Domino* dici mereretur; cum tamen hujus in oculis montes vastissimi minores sint, quàm arenæ granum ingenti Alpium moli comparatum. Vitam tamen iste, tantis gratiæ opibus inchoatam, duxit inter silvarum, & montium latebras longè asperrimam, & procul ab omnibus humanæ vitæ solatiis remotam, duris prædicandi laboribus exercitam, in foetidissimi carceris pœdore claudendâ, ubi carnificis ferro innocentissimum resectum est caput, saltatrici meretriculæ dono dandum, Præcursori huic jungite agmen longè numerosissimum Anachoretarum, Virginum, Pontificum, & præcipuè sanctissimorum Martyrum complures Myriadas, qui vitæ procul à peccati umbra exactæ junxerunt ardentissima pro Deo patiendi desideria, illâq; expleverunt alii ferarum dentibus, & unguibus objecti, concisi alii, discerpti, nunc pice, nunc plumbo bulliente sepulci. Quis autem hic non videat, quantò isti plura rependerint, quàm deberent, quantò pluribus pro culpis satis fecerint, quàm ipsi unquam admiserint? *Utinam*, suo in sinu excludi mare non dubitavit patientissimus Jobus, *Utinam* appendentur peccata mea, quibus iram merui,

Job. 6.

2.

& calamitas, quam patior, in statum quasi arena maris hæc gravior appareret. Quod autem Job divino lumine collustratus de te affirmavit, ambiguum esse non potest, quin de severissimè multi dicturi fuissent, qui, quò chariores Deo, pluribusque ornati erant virtutibus, hoc pœnis cruciatibusque acerbioribus sunt exerciti. Ingens porò ista Satisfactionum summa, cum in Cælum Beatos comitata non sit, utpote nulli ibi ului futura, ubi nemo quidquam debet, aut debere potest, Ecclesiæ ut hæredi, *ab intestato*, à filiis istis suis locupletissimis relicta est.

V. De Matre Virgine quid dicemus? Hæc sanè, etsi nihil unquam diviniæ Justitiæ debuerit, adversorum tamen plus tulit sola, quàm tota reliquorum Cælitum phalanx. Tam multa Virgo tulit, et jure ac meritò à sanctis Doctoribus Sol Martyrum sit appellata; tantum enim, quos illa perpeffa est, dolores, superârunt aliorum Martyrum dolores, quantò plus lucis Sol unus à se diffundit, quàm numerosissima omnium reliquorum siderum turba. Dum morienti in Cruce Filio adstitit, tam atrox cruciatuum sensus fuit, quàm ardens amor, quo in illum ferebatur: unde sicut parem amando habuit omnino omnem, ita nec patiendi: sic, ut ait natus Propheta Jeremias, dum quaerit, cum quo doloris vim illam maximam compareret, tandem mari similem pronuntiârît, quod etsi fundo non careat, nemo tamen est, qui illum attingat. *Cui assimilabo te filia Jerusalem?*

saltem? Cui exaquaret? Magna est ve-
lut mare contritio tua. Tandem si
 Mariæ Matris sanctissimæ cruciatus
 ac dolores mari jure comparati sunt,
 quid de exantlatis à Filio doloribus
 & morte, vitam ærumnosissimam se-
 cutâ, dicemus? An non rectè dice-
 mus fuisse Oceanum vastissimum, in
 quem omnes fontes, omnia flumina
 & maria ærumarum atque dolorum
 sese effuderint, effecerintque abyssum
 aquarum tam profundam, ut eam ex-
 plorate & metiri non possit, nisi illud
 brachium, quod sidereos orbis dimen-
 sum est; brachium, inquam, Divi-
 num. Et quamquam hæc tam nul-
 lis finibus descripta tormentorum
 perpessio oblata fuerit ad satisfaciend-
 um pro delictis Mundi, juxta illud :
 36. *Quod non rapui, tunc exolvebam.*
 7. Quantum tamen ex ea superesse puta-
 tis, ad faciendum satis nominibus
 nostris quibuscunque, cum una sola
 Divini illius Sanguinis guttula suffe-
 ctura fuisset ad delendam summam de-
 bitorum imensum quantum majorem;
 & tamen modò, quidquid divinis illis
 in venis continebatur, sanguinis, libe-
 ralissimâ bonitate fuerit profusum?
 VI. En igitur divitias opesque in-
 estimabiles, quæ in Ecclesiæ thesau-
 rum illatæ sunt, ita ut iste immensus
 & inexhaustus jure quàm maximo
 dici possit : *Thesaurus sine defensione :*
 cum re ipsa tam non possit exhauriri,
 ut ne minui quidem possit, si ad illud
 attendamus, quod in eo Christus de-
 suo reposuit : *ponens in thesauro aby-*
ssos. Hac autem ex fodina omnes il-

læ Indulgentiarum opes depromun- *Clem.*
 tur; de quibus hodie nobis sermo; *VI. in*
 per illas siquidem communicantur no- *Extrav.*
 biscum munificentissimè satisfactio. *Unige-*
 nes, quascunque Servator noster & *de pæ-*
 Parens Christus JESUS, Sanctissima e- *nit.*
 jus, & nostra Mater, fratresque nostri *Remiss.*
 natu majores, Beati Cælices reliquæ- *Joann.*
 re. *Alii laboraverunt, & vos in labo-*
reorum introistis; non injunâ mise- *4. 38.*
 ris nobis Deus occineret : semina-
 runt alii, vos messuistis : alii labo-
 raverunt, vos fructibus eorum labo-
 rum gaudetis in umbra otiosi. Se-
 minavit Christus tam abundanter, ut
 messis, quamlibet ditissima, compa-
 rari cum semente nunquam possit;
 neque enim colligere unquam Deus
 Homo potuit. quantum vel promeri-
 tus est, vel quod pretii persoluti ma-
 gnitudinem exæquaret. Seminâ-
 runt Beati Cælices, parcius quidem,
 quis nescit? abundantius tamen,
 quàm eorum egestas requireret & in-
 digentia. Unde nos admittimur ad
 gaudendum fructibus tantorum la-
 borum, & verè de nobis affirmatur,
 quod hero illi suo servus nequam,
 tanquam austero nimis, exprobra-
 bar : *Metis quod non seminasti.* Hoc *Luc.*
 etiam est unguentum istud pretiosis- *19. 21.*
 simum, quod ex capite ad collum, ex
 colla ad membra reliqua, ex his in
 ipsam ad eam *oram vestimenti* Aaronici *ps. 132.*
 defluit : hoc siquidem pretium, ob- *3.*
 latum ad satisfaciendum Divinæ Ju-
 stitiæ, à Christo, qui caput est, ad
 collum, quod est Mater Filii Dei, &
 ab hac nunc in hoc, nunc illud mysti-

sum Ecclesie membrum depluit, donec vel ad imam vestis, quæ hæc Sponsa ornata est, firmatam descendat.

VII. Atque hanc nobis, nostræque indigentiae tam bellè subveniendi rationem adinvenit amor, quo nostrarum calamitarum miseratione tactus Christus tam præsentis ope nobis succurrit, ut non Sacramentorum tantum ministerio, sed aliâ quoque viâ illam sublevaret; nec tamen quidquam, Divinæ debitum Justitiæ, non ad extremum usque assensu redderetur. Civili Jure cautum est, ut Minorum delicta puniantur mitius, & æ-

*h. ferè
f. de
Reg.
Jur.*

S. Tho.

suppl. q.

23. ar.

2.

S. Tho.

suppl. q.

25. ar.

1. ad 2.

tatis ac judicij imbecillitati aliquid condonetur. *In delictis Minorum pœna etatis miseratione mitigatur.* Non ita divina Lex, quæ cum sit æquissima & rectissima, mitigationem admittit nullam: nec tamen sibi nostri amor defuit; sed rationem excogitavit admirabilem, quæ & rigori Justitiæ fieret satis, & clementiæ in miseros locus esset. Justitiæ quidem, numerando quidquid debebatur; Clementiæ, ex alieno nobis abundè subministrando, quod nostro in ærario non inveniebatur: vades enim nobis dati sunt opulentissimi, quorum ære nostra nomina deleterentur. Hinc Angelicus.

Qui Indulgentias suscipit, non absolvitur simpliciter loquendo à debito pœnæ sed datur illi, unde debitum solvat. Neque solum divina Lex, ut Minores nos hoc in negotio tractavit, sed ut infantes, nutricum sugentes ubera. Ut enim, cum infantuli isti deterius habent, amarum phasmacum non ipsis,

sed nutricibus sumendū datur, quæ sine infantum molestia salubrem succum eorum in venas diffundant alimento permistum, sic alij gustant amara, in nos salutaris inde succus nullo nostro incommodo diffusus est.

Pro culpa unius, alius sponte pœnam sustinet.

VIII. Priorum seculorum Fideles, cum viribus essent & valetudine firmâ, non ita benignè Mater Ecclesia habuit. Plerique sponte suâ multis gravissimis errata suâ vindicabant, ita ut plurium annorum decursu iisdem se suppliciis macerarent, ut unam noxam gravem, imò & levem subinde eluerent. Eusebius, egregiâ vitæ sanctimoniam Asceta, cum inter audientium nescio quid ex Evangelicis, occulis in eos, qui in montis crepidine laborabant, ruculas coniectis, animo satis præsentis non fuisset, ut noxæ hujus, haud sanè magnæ, quæque nostrum obtutum penitus fugeret, pœnas daret, ferreâ catenâ collum adstrinxit, quæ corpus sic deorsum traheret, ut prono in solum capite cælum intueri porro non posset; neque hoc unius alteriusve diei supplicium fuit; quadraginta ipsos vitæ, qui superferunt, annos suus ipse capivus exegit. Ejusmodi multis seculorum antiquiorum Christiani in semetipsum animadvertabant; nec mitiori moribus ferè Sacerdotum sententiâ plecebantur, qui se ipsos reos sistebant. Audiamus, quid pœnarum viro nobili, cui Astulfus nomen, non inferioris noxæ, sed ample diuisionis domino, Stephanus

V. Pontifex maximus, ob eadem conjugis, quam adulterii ream cæca Zelotypia peregerat, imperavit. Optionem illi dedit, ut vel reliquum vitæ inter Monachos religioso in claustris exigeret; aut si in seculo vivere mallet, omnes enumerandas pœnas subiret. Ne porro conjugem alteram duceret; carnibus abstinere, præterquam diebus Christo Nato & Resurgenti sacris: vinum ne gustaret; balneis, conviviis, theatralibus ludis, omnibusque animi causâ coëctis coëctibus ne adesset: armatus ne incederet: in Ecclesia postremum prope januam locum occuparet; ingredientium precibus se demissè commendaret: indignum se sacra Communionem per omnem deinceps vitam existimaret; etsi illà ut Viatico, cum hinc migrandum esset, uti liceret, siquidem earum, quæ imperabantur, pœnarum usum, tanto se Dei munere dignum præstitisset. Tandem literas suas Pontifex his ferè verbis claudit. Possem equidem his & plura & duriora imperare: si tamen ista, quæ majori benignitate & clementiâ, quàm rigore & severitate iussi, fide quàm optimâ executus fueris, confido equidem, Deum facinoris hujus tui gratiam tibi facturum: si verò his opere ipso perficiendis supersederis, certus esto, te laqueis Dæmonis, quibus te intricasti, haud quaquam extricandum: quâque te sollicitudine de salute procul dubio periclitaturum. His olim suppliciiis cædes vindicabatur, quæ moribus hodiernis censeretur factum, honori suo, à femina læso, tuendo ne-

cessarium. Neque istud vobiscum reputetis velim; Pontificem istum severo ingenio virum, & humanitatis omnis expertem non scivisse discernere pœnas à pœnis, neque quid cui Personæ, & cui Dignationis gradui responderet, prudenter statuere. Tanta enim virtutis ac prudentiæ ejus fuit æstimatio, ut Româ in Gallias, teste Baronio, evocatus ad lites & controversias gravissimas, quæ extiterant, componendas, summisque ibi cultus honoribus, ter suos ad pedes provolutum Ludovicum Pium, imperatorem & Galliarum Regem conspexerit.

IX. Cùm igitur peccata non publica tam acerbis olim suppliciis fuerint vindicata, quid illis factum putatis, quæ publica cùm essent, majori erant offendiculo? Hæc expiabantur non publicâ tantùm, sed solenni, quam vocabant, Pœnitentiâ: nam etsi orationis solennis esset publica, non tamen omnis publica solennis erat. Solenni sic defungebantur. Cinerum die Reus ad templi fores se sistebat, ubi Præsul expectabat Sacerdotum collegio cinctus: sistebat autem se ille indutus sacco, pedibus nudis, crinibus resectis, capite inclinato: sic ingredientem præcedebat cum suis Antistes, Psalmos qui à Pœnitentiâ nomen habent, alternis recitans ad Aram usque, ubi hi solvebantur. Conversus dein ad pœnitentem Episcopus, sacrâ illum lustrabat quâ, impostisque capiti sacris cineribus, lacrymabili voce addebat, hanc ejus miseri esse sortem, quæ fuerit Adamâ

suâ noxâ Paradiso ejeti. Mox ad sacros Ministros conversus, jubebat, ut infelicem Ecclesiâ ejicerent: hi relicto Præsule, tristi murmure illa ingeminabant verba: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Quibus significabatur, quod non nisi multo labore & sudoribus impetraturus esset, ut divini Ferculi communionem potiretur. Inde pridie Parasceves quatuordecim Pœnitens suo à Curione reducebatur ad Ecclesiam, nec tamen divinas ad epulas conviva admittebatur, donec elapsi essent imperatæ pœnitentiæ anni, quibus tandem exactis similibus ferè ritibus à Præsule suo Ecclesiæ in gremium recipiebatur: neque enim alterius, quàm Præsulis auctoritate, solennes hæ pœnitentiæ aut decernebantur, aut laxabantur. Tantus olim publicorum delictorum horror erat ac detestatio, cum utique minus rum, quàm hodie essent frequentia. Dæmonum aspectus primò vehementer eos terret, qui eos Orco evocant, ad familiare cum ipsis commercium statuendum: sed plurimum is terror usu mitigatur. Metuo, ne idem Christianis acciderit; ipsâque frequentia vel gravissima delicta suâ deformitate indies minus formidinis & horrores incusserint: quis enim eorum hodie terrore percellitur? Sed omittamus nunc ista, & rem nostram prosequamur.

X. Nemo, credo, facile erit, qui non seculorum illorum Christi cultores ab animi fortitudine plurimum commendandos censeat, ut qui tam atrocibus suppliciis vel sua ipsi deli-

ta multarent, vel ab aliis imperata exequerentur. Non is hodie terrore status est; delicatioribus passim sumus. Conscia autem ejusce imbecillitate Ecclesia sapienti omnino consilio mollioribus remediis uti, omissoque acriore vino, oleo tantum miserationum largè affusio vulneribus nostris mederi constituit; relicto quidem penes Deum jure, plenam pro admittis peccatis compensationem exigendi, nobis autem adempto hanc nostram ex peculio præstandi onere. Ut scilicet Elephanti corpore eximatur, primum factu esse usus docuit, multo illum oleo potare. Pari ratione Ecclesia, ut tenaciter animæ hærens capæ telum avelleret, maximè consultum existimavit, oleum istud miserationis purissimum præbere; quam dum erga nos tamen beneficè præstat, nostram non tacite nobis socordiam exprobrat, si ne tam blando quidem ac leni remedio valerudinem recuperare studeamus. Hæc de causâ tam parcè olim distribuebantur Indulgentiarum gratiæ, ut ipsi impetrandi illorum necesse esset implorare preces, qui Christi, ejusque sanctæ fidei causâ, conjecti in vincula, mortem in horas opperiebantur, ut dactis vindictæ manu litteris mollici Præsulum animi supplicibus ignoscerent, & penas mitius reposcerent: hodie verè tam beneficè illæ manu obveniunt, ut tantum non invitis obtudantur. Nemo idcirco mutatam credit Ecclesiam: eadem illa, sed mores nostri diversi sunt: ac proinde haud aliter, ac cum rerum ad victum necessarium excan-

defunt pretia, publica panduntur horrea, ne egentiores fame pereant; clausa autem manent eadem, cum alimentorum ubique abunde est, ne ignavo otio populus torpescat; sic Ecclesia olim tam parca suos pandebat thesauros; nostra autem ætate illos tam munificè manu volentibus largitur: siquidem initio ita agendo fovisset fœcordiam; nunc autem malignè erogando, impelleret ad desperationem. Sic etiam Judæorum olim in Republica sex tantum initio Civitates Refugii nominatae sunt: quibus subinde, Josue rebus moderante, tres aliae trans Jordanem accesserunt, ut major delinquentium imbecillitas, & ad delinquendum facilitas, pietatis etiam & miserationis plus experiretur.

XI. Quis proinde explicet, quanti fieri aestimarique debeat Indulgentiarum iste thesaurus, unde tam modico nostro labore promere liceat, quod expungendis tot nostris nominibus abunde sit satis? Indicis è fœdinis vix unquam aurum jam defæctum eruitur: at fœdinæ Ecclesiæ en ut purissimum miserationum metallum sæpissimè offerunt! quamquam enim Indulgentiis his promerendis necesse sit exequi, quæ supremus Promulcondus imperat opera; tam nihilominus illa parùm difficultatis habent adjunctum, ut nulla videri possit. Cum Romana in Republica domini servos libertate donabant, moris erat, virgâ bis terve leniter humeros verberare. Quis idcirco dixerit hanc

cæremoniã verius, quàm verberationem, quidquam de demerito illorum lenitate detraxisse? Quin imò inde potius auctam dicendum est, cur ritus iste moneret tantum jam liberos, quanto acerbiora verbera moderatissimis illis istibus redemissent. Hinc etiam Ecclesiæ de benignitate plus quàm maternâ decedit nihil, licet Indulgentiarum favori & gratiæ impetrandæ pœnas leviusculas, unam alteramve precandî causâ adire Ecclesiam, oratione non longâ defungi, stipem egentibus largiri, pauculis in hebdomada diebus jejunaire imperet; imò accedit aliquid ejus miserationi, dum istis exigendis nos memores facit esse gravissimorum nominum, quæ Indulgentiarum beneficio sublata sunt. Arque hæc de prima parte, quâ proposueram demonstrare, quâ ex scaturigine ditissimæ & saluberrimæ Indulgentiarum aquæ promanent.

II.

XII. Nunc ad rationem modumque iis potiundi accedamus. Trias. *The.* autem sunt, quæ ad quasvis Indulgentias obrinendas requiruntur. *Au. lib. 9. c. 8.* auctoritas, seu potestas concedentis; si *a. 1. mo.* niscas concedendi sanctus piusque, *Clem.* & aptitudo ad acquirendas in eo, qui *VI. in* vult illis potiri. Potestas concedendi pleno summoque jure penes unum *Unigenitum* Romanum Pontificem. Cum enim opes largiendæ depromendæ sint *S. The.* ex Ecclesiæ arario, quo, quidquid facientibus redundat, conditur; penes *25. ar. eum 4. & 5.*

sum utique est harum opum distributio, penes quem hujus & ærarii & totius Reipublicæ cura est: quamquam is non prohibetur aliorum, quorum libuerit, es in re ministerio uti, sic ut ne Ordinibus quidem sacris initiatos esse oporteat, quos eam ad rem socios Reipublicæ Christianæ Caput adsciscit; cum sufficiat, quam appellant, *Potestas Jurisdictionis*; quam obtinet, quisquis à Principe negotii alicujus administrandi provinciam accipit. Causam deinde thesaurum hunc recludendi oportet esse æquam & rationi consentaneam: cum enim peculi, de quo agitur, supremum jus ac dominium penes Christum Servatorem sit, à quo totum est; qui Christi vires gerit, alios in fines dispensare illud non potest, quam ex quibus honor ac gloria in dominum thesauri redundet: aliàs Minister esset infidus: qui, quam habet distribuendi potestatem, his semper conditionibus accipit, ut & tempore idoneo, & mensurâ non arbitrariâ expendat. *Constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore, tritici mensuram.* Verùm hæc duæ conditiones nihil ad nos; sufficiat proin eas indicâsse; de tertia agamus, quæ tota nostra est, modumque ac rationem complectitur, quâ nos Indulgentiarum gratiis accipiendis parare debemus.

XIII. Primum, quod ad portionem Indulgentiarum opibus requiritur, est, amicum Dei esse, ab eoque in gratiam receptum: quod cum peccato non stat. Fixum enim ratumque

manet, quod asserui, Indulgentias esse participationem opum inexhaustarum, quas Beati Cælestis, Dei Mater, ipsæque Dei Filius paraverint, ad extinguendum jus poenæ, culpâ jam condonatâ. Fieri autem non potest, ut acutè observavit Angelicus, quidquam salubris succi ex membris vivis in membrum mortuum derivari. *Membrum mortuum non suscipit insipientiam ab aliis vivis.* Quisquis autem noxâ lethali tenetur, in hoc mystico Ecclesiæ corpore membrum est emortuum: est quasi membrum mortuum. Frustrâ igitur à Beatis Cælestibus, frustra à Matre Virgine, vivis ejus corporis membris, frustra à Christo, capite utique non mortuo, Indulgentias expectat, quisquis gravi peccato obstrictus est. Ergo per Indulgentiam non suscipit insipientiam. Quàm proinde ridicula sunt illorum studia, qui ad stationes, ad supplicationes, ad Indulgentias & Jubilæas, peccato sordidi, imò mortui, currunt: volunt enim accipere favores, ad quos recipiendos planè inepti sunt, & imparati.

XIV. Quare, ut ordine hoc in negotio procedatur, oporteret ceteris omnibus præmittere Confessionem. Hanc autem cum dico, non falsam intelligo & fucatam, non, inquam, sacrilegè mutam, qualis eorum est, qui etsi annis pluribus non aperiant noxam, quam præ ceteris molestam sentiunt, & pudendam; tamen de Jubilæorum gratiis obtentis se jactant. Delirant isti. Sincerâ, suiæque absolutâ

12. 42.

Constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore, tritici mensuram.

numeris, non sacrilegâ ad fructus Jubilæi consequendos Confessione est opus. Erat hæc, inquam, oporteret initium facere, cum exequi cogitamus, quæ à Pontifice imperata sunt, ut tantò simus de Dei gratia magis securi, dum cetera præstamus. Quod si fortè prima operum fiant à teo alicujus noxæ, saltem postremum præceptorum operum in DEI gratia, sed absque peccati conscientia fiat necesse est. Saltem dixi: postremum enim operum perficere condonatis jam noxis lege certissima & non dispensabili prorsus necessarium est; omnia sic peragere, certus est atque securus. Quæ enim à DEI inimico sunt opera, minùs urique placent Deo, minùsque idoneos reddunt ad tam præclaros favores accipiendos, quibus consequendis illa sunt. *Vltima vestra non placuerunt mihi*; ait ipse ad Peccatorum quemlibet. Verum est, non displicere quidem Deo hæc opera, eùm sint sancta: non tamen idèò placent, non placuerunt: quia non sunt perfecta justè, sanctèque, *justè, quod iustum est, persequeris*. Neque vos fugit, non id tantùm spectari Indulgentijs, ut, quod de pœna luendum superest, deleatur; sed ut alij favores, aliæ gratiæ, quæ ad Indulgentiarum gratiam concedendam Pontificem impulsere, impetrentur.

XV. Hæc eadem ratio non solum postulat, ut amicus Dei sit, qui Indulgentijs obtinendis dat operam, sed ut etiam, quantâ potest maximâ attentione perfectionèque obeat, quid R. P. Segneri S. J. *Christ. Instr. Tom. III.*

quid præceptum est, operum. Disceprant enim magnis utrinque studiis Theologi, an hæc Indulgentiarum gratia obtineatur per actiones venialis aliqua satis notabili noxâ infectas: ut si preces funderentur animo in rem præsentem parùm intento. sed ad aliæ negotia distracto; si ipso in jejunio nimia gulæ aviditate excederentur temperantiæ fines; si in stipe pauperibus erogandâ vanæ gloriolæ aliquid subreperet. & libentiùs alijs inspectantibus, quàm sine arbitris alienæ inopiæ succurreretur. Et quamquam ego libenter hac in controversia opinionem magis benignam amplecterer, gravissimos auctores secutus, certus tamen non sum, an ita constituerit ille, penes quem thesauri hujus dominium est plenissimum, cujus tantùm distribuendi cura summo Pontifici est commissa.

XVI. Si audire placer, quod vero videtur similius, hoc puto discrimen esse observandum. Quando, quem Pontifex Indulgentiarum largitione spectat, finis alius non est, quàm ut quidpiam obtineatur Christianæ Republicæ salutare, ad quod operis ipsa substantia sufficiat, ne intersit, quibus illud adjunctis vestiatur; facile inducor, ut credam, satis esse Indulgentijs obtinendis operis substantiam remque ipsam poni: ut si e. g. pecunia subministranda sit legendo contra Religionis hostes militi: neque enim dubium est, non minùs idoneam hunc ad finem esse pecuniam, quæ gloriolæ aucupandæ studio, quàm

Q q

*SHARZ
3 p. 1. 4.
Disp. 52.
sect. 6.
contra
NAVARR.
de Indul.
notab.
10. n. 6.
& notab.
32. n. 46.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ animo verè humili datur. E diverso cum ad finem Pontifici propositum substantia operis non sufficit, sed modo illud absolutissimo fieri oportet, & cum adjunctis convenientibus; tum neque satis erit operis ponere substantiam, sed hæc suis erit proprietatibus vestienda. Ut cum imperantur preces ad Numinis iram placandam, ad singularem aliquem favorem ab eo impetrandum; cum ad hunc finem parùm idoneæ sint preces sine reverentia festinata, animo longè aberrante fusæ, vero utique simillimum est, illas tam non sufficere ad Indulgentias, quàm ad finem à Christi Vicario intentum obtinendum parùm idoneæ sunt & utiles. Ut ut res se habeat, ratio exigit, ut quisque, quàm potest, certissimus esse studeat, illud animo volvens, quòd quo est minus, quod obtinendo tam ingenti Indulgentiarum bono requiritur, tantò esse æquius, ut quoad ejus potest, omnibus numeris fiat obsolutissimum.

XVII. Hinc porro tertio loco requiritur, ut si minus quàm maximè idonei, ut thesaurum, de quo sermo, summi æstimemus; hinc enim fiet, ut non solum omni accuratone & diligentia perficiamus, quæ imperata à Pontifice sunt opera, sed ut occasionem omitamus nullam, quantumcunque possumus, ex eo ditescendi. Cum Bonifacius ejus nominis Octavus anno seculari Jubilæum solennissimum promulgasset, ex omnibus Christianorum Provinciis tantus mortalium numerus Romam accurrat, ut uno sæpe die triginta millia urbem ingrederentur,

aut inde abirent: sic ut non pauci Dæmones in SS. Petri & Pauli Ecclesijs, infestis migrarent corporibus, illud magnis clamoribus iterantes; geminos istos Apostolos à Deo impetrasse, ut è Christianis longè plurimi servitutem, quàm Orco serviebant, libertate, eâ rerum opportunitate usi, mutarent, Ferijs Pentecostes octingenta Peregrinorum millia, & quod excedit, Romæ numerata sunt, cum anno seculi decimi quarti quinquagesimo Clemens Sextus Jubilæum indulgisset, spatio ejus deinceps promulgandi ab annis centum ad quinquaginta contracto. Estate autem, cum messis suis singulos in agris occuparet, ducenta tamen millia aliunde adventantium die uno recensita sunt; quæ tantâ accurrentium multitudine factum, ut inter adeunda templa aliquam multitudine exierant, sese prementium turbâ suffocati. Superavit tamen Romam tendentium numerus omnium præteritorum seculorum frequentiam, quando Nicolaus Quintus anno seculi decimi quinti quinquagesimo omnium domorum ventam indulgisset: tum enim plures domus solo æquaræ sunt, ut quæ ad Ecclesiam dicebantur via, latiores redderentur, cum euntium & redeuntium turbæ, ut undæ undis colliderentur. Annon ista Indulgentiarum æstimationem maximam demonstrant, quàm Christianus orbis conceperat? quantum autem paucis seculis huic decessisse videretur, & quantum refraxisse tantus Majorum nostrorum ardor? Nunc ipsa copia pigros nos reddit, haud ali-

Anno
2300.
Odoric,
Rayn. in
agnal.

Anno
1300.
plures
in vita
Nob. 7

cer

ter ac apes nimiam mellis copiam torpe-
scunt. An non autem hoc valde pu-
dendum est? Ne istis quidem illece-
bris alluci ad rem divinam & Ecclesias
Christiani hodie possunt, non ad Con-
fessiones, non ad Communiones; &
licet qui ex Sodalitate Mariani, quod
vocant, Rosarii sunt, aut à Monte
Carmelo appellationem sortito, men-
strua expiatione, & Synaxi omnium
pœnarum condonationem consequi
possent, tantam amen sunt ignavia, ut
ad hoc adduci nequeant; cum Po-
lypi instar suis malint carnibus fame
urgente pasci, quam escam alibi pau-
culos passus promovendo, quærere,
Volo dicere: Malunt igne alterius
vitæ suæ nomina luere, quam tantillo
hic illa labore delere. Si de lucro ali-
quo paucorum nummolorum, aut al-
terius commodi caduci, ageretur, nã
illi majori solertia istud venarentur,
Quando publicæ lætitiæ augendæ
numuli aliquot à Palatii cujusdam se-
nestris in infra stantes sparguntur, e-
nim verò undique accurrunt plurimi,
manus tollunt, vociferantur, pileos
protendunt, nullo cujusquam respec-
tu; quàm possunt, medias perturbas
accedunt proximè; & quantumcun-
que impulsu, compressi, retrò magno
impetu acti, denuò in medium se po-
pulum inferre conantur, ubi secundi-
orem fortunam sperant. Apparet
equidem, quàm, si mortua non est,
languet certè nostra fides, dum pro
eo, quod parem ad opes animæ colli-
gendas diligentiam adhuc ibeamus, etiam
finem aperire piget, ad eas, quæ non
quæritæ se offerunt, excipiendas.

XVIII. Jacob Patriarcha, cum in-
tellexisset, Ægyptum abundare fru-
mento, cujus tum gravi penuriâ labo-
rabat Palæstina, non sine indignatio-
ne filios suos increpuit verbis, quibus
non paucorum, qui me audiunt, igna-
viam & ego cuperem stimulare:
Quare negligitis? descendite, & emite
nobis necessaria, ut possimus vivere.
Quæ hæc per DEUM: socordia est?
plenæ omnium pœnarum condona-
tioni impetrandæ ne tantillum qui-
dem impenditur industriæ, quantum
modico pani lucrando impendere-
tur? *Quare negligitis? descendite, &*
emite. Quid autem dico, emite? cum
ne terantium quidem ad hanc rem
comparandam de suo expendere ne-
cesse sit, *Venite, emite absque argen-*
to, & absque ulla commutatione. Nihil
de vestro Christus exigit; quia de
suo paratus est dare, quantum res
postulat; & per vestram stat volunta-
tem, ne quidquam ematur? Quid hoc
rei est? Invitantur ad Nundinas popu-
lares, in quibus aliud tandem non fit,
quàm ut argentum argento, merces
mercibus permutentur; & passim ac-
currunt plurimi. Invitantur ad In-
dulgentiarum forum, in quo totum
commerci genush est, velle gaudere
lucro sortis alienæ; & vix est, qui se
moveat. Veniet enim verò, veniet ho-
ra, quæ errorem vestrum & cognosca-
tis, & defleatis; & cum purgantes illas
in flammam abjecti videbitis luendum
vobis ad extremum usque assem pœ-
narum genere atrocissimo, quod la-
bore nullo expungere olim poteratis;
vestro damno jam sapientiores clama-
bitis

bitiscum fatuis illis virginibus : *Da-
te nobis de oleo vestro; nec tamen erit ,
qui det. Oprabitis ut Coniux , ut fi-
lij , ut fratres vestri, ut amici à morte
vestra superstites primâ mensis Domi-
nicâ confessi, sacro epulo reficiantur ;
ut Indulgentias vobis obtineant, quas
videntes tam non curâtis: sed in irri-
tum cadent omnia quantumvis calida
vota ac suspiria: DEUS enim aut in
pœnam vestram sinet, ne vestrorum
quispiam vos audiat, vestrîve recor-
detur, aut si permittet, ut vestri me-
minerit, non permittet, ut quidquam
inde in vos emolumentum redundet. An
putatis, non posse non illum admit-
tere, quidquid vobis in horribili illo
carcere recreandis à quoquam offer-
tur? Minimè sanè. Quam proinde
facile est, ut in acerbissimis vos cru-
ciatibus, destituat, sæviatque in vos
flammis etsi tam sollicitè vestri Alta-
ria circumueant, ut tantum aquæ col-
ligant, quod illis extinguendis suffi-
ciat? Magnorum Theologorum do-
ctrina est, Indulgentias defunctis per
modum, quod ajunt, suffragii appli-
catas nemini prodesse minùs, quàm
illis, qui cum viverent, exiguam ea-
rum rationem habuère. Et meritò
id quidem. Imperaverat Deus, ut a-
sinorum primogenita à dominis ove
redimerentur; quod sine ista qui-
dem tantò minoris pretij bestiolarâ
redimere illum herus veller, iussit Deus
asinum illum occidi. Cui autem iratum
fuisse Deum existimatis istud imperan-
tè? An bestiar, nullius utiq; culpæ con-
sciæ? haud sanè. Indignabatur ingra-
to domini animo, qui præ se ferebat,*

non agnoscere se benignitatem & hu-
manitatem, quæ ipsi, eâ permuratio-
ne permisâ, exhibeatur. Cavete
proin omni studio, ne dum Deus con-
donationem vobis tanto majorem o-
mnium vestrorum nominum offert, &
vos tamen stultissimè illam repudia-
tis, vobismet irascatur: ita ut, si nunc
quidem interfici vos non jubet, iusta
tamen sit, vos longissimo tempore
à morte supplicis novissimis discre-
ciari.

XIX. Præterea anne ita malè ocu-
lati estis, ut non perspicatis, non
tantùm hac incredibili inertia non ex-
pungi, quæ contraxisti, nomina,
quæ vos tamdiu in lustris illis igni-
bus morabuntur, sed quòd suffurem-
ni vobismet (quæ profectò iudicia
haud paulò major est) opes maxi-
mas, quibus altiorè in Cælo glo-
riam pararetis? Nunquam siquidem
Indulgentiarum vobis munera con-
ferti possunt, quin unâ eadè neque o-
perâ multum etiam crescant divinæ
gratiæ favores, quos fidei, pietatis, to-
lerantiæ, religionis actibus (quos
præcedere plenam veniæ condona-
tionem mos est) promeremini: ne-
que verò deserere conditionem pœ-
nis obnoxiam potestis, quin hoc iplo
Sanctitas & gratia augeatur: quâ cau-
tâ Clemens VI. in litteris illis suis lau-
datissimis, quibus Indulgentiarum
naturam egregiè explicat, illa Sapien-
tis verba tanquam de ipsomet pronun-
tiata accipit: *In finibus thesaurum est
hominibus, quo qui usi sunt, participæ
facti sunt amicitia Dei.* Erit tamen,
qui secus opinetur, & licet necum
sentiat

*P. Lay-
mann. l.
5. tr 7. c.
7. n. 3.*

*Cajet. 2.
16. de in-
dulg. q. 5.
vers.
Quoad
tertium.*

sentiat in eo, quod dixi, thesaurum hunc infinitum, & inexhaustum esse, quod primo loco ostensum est; itemque in eo, quod posteriore loco asserui, debere nos in Indulgentiarum usu esse quam accuratissimos, induci tamen non possit, ut credat, etiam divinæ gratiæ augmentum Indulgentiis respondere, propterea quod istæ ad satisfaciendum divinæ Justitiæ referantur, non autem ad gratiam promendam. Sed quisquis ita sentit, an ignorat ille, hominem, cujus res sub hasta vanierunt, si subinde acquirat, unde nomina apud Creditorem ad assem usque extremum deleat, multo jam chariorem gratiorémque Creditori evadere, quam esset, priusquam debitis faceret satis? Idem in re nostra evenit. Qui enim reddidit DEO, quid quid debebat, hoc ipso nomine fit illi charior: cum perfecta inter duos amicitia (si Aristoteles rectè sensit) nunquam coalescat, quamdiu unus alteri Justitiæ titulo tenetur: tamdiu enim inæqualitas aliqua manet, quam cum animorum perfectâ concordiam nemo non videt stare haud posse. Videte ergo per salutem vestram, quantum hæc inertia tam illaudatâ vobis nocetis.

XX. Imò & illud perpendite, præter hæc vestra damna, magnam vos gloriæ cælesti injuriam facere, quam tam nauci facitis, ut illi accelerandæ nolitis auferre obicem, qui vos ejus à possessione certò remorabitur; qualis quidem est omnis reatus pœnæ, quantumcunque brevis, & suo tem-

pore finiendæ. Magnam insuper injuriam Beatis inferis Cælicibus, dum tam parvi æstimatis fructus illos præstantissimos, quibus gaudere liceret tanquam hæredibus familiæ illius, in Republica Christiana nobilissimæ. Ipsum etiam Christum Servatorem contemptim habetis, qui ut peccata vestra ipse tulit, perinde ac si sua forent, ita & vobis cedit Jus in suos cruciatus, ut his tanquam vestris utamini: vos autem tam non magni facitis istum favorem, ut permutacionem, quâ altera quæstuosior esse non potest, negligatis. Tandem DEUM ipsum honore tot titulis debito privatis, dum parùm solliciti satisfacere infinitæ ejus Justitiæ, cui tam multa debetis, in id videmini incumbere. ne quid feratis molestiæ; cum interim ratio postularet, ut ad illi quàm celerimè satisfaciendum, opem, ac veluti stipem, ab omnibus totius Mundi creaturis corrogaretis, quantum vis sexcentæ essent repulsæ formidandæ. Hæc porro rationes ac causæ, an simul junctæ non permovebunt vos, ut agnoscatis, quantum vestrâ interfit non omittere ullam occasionem Indulgentiis potiundi, cum vel singulæ id vobis deberent persuadere? Civill Jure sanè reputantur servi, qui oculis sunt inæqualibus, dummodo ea deformitas ineptos non reddat ad defungendum suis ministeriis. Ego verò morbum reputo gravissimum, oculo esse pro his terrenis contemplandis ingenti, pro Cælestium autem aspèctu, valde exiguo: cum fieri nulla ratione

tionem possit, ut fidelium DEI Servorum numero comprehendatur, quicumque caduca hæc commoda oculatissimi discernunt, in caelestibus autem noscendis perpetuo caligant.

XXI. Non nescio, eorum aliquem, qui singulare virtutis perfectionisque studium profitemur, reponere hæc posse: valde se mirari ea, quæ tam ferio inculco: verum enim esse, quod parum ipsi curæ sit, Indulgentiâ peccatorum gaudere, se tamen id majorum promeritorum gratiâ facere, neque ignaviâ & inertia, sed perfectionis, suis absolutæ numeris, amore ad hoc impelli. Indulgentiis redimi peccatas, quas debet, quisquis peccavit: se autem, qui intus pernoscat admittarum à se nozarum gravitatem & fœditatem, tam non abhorreere ab istis suppliciis, ut arctissimo potius illa amplexu stringat. Sed quisquis hoc agit ut spiritu & instinctu, noverit, se recto, saltem si res in se spectetur, minimè agi: pugnat enim iste cum sensu totius Ecclesiæ, à qua eminenti virtute ac sanctitate homines ad fruendum aliquibus Indulgentiis itinera longissima summis inter molestias & incommoda emensi sunt, quin tamen à quoquam eo nomine vituperentur, sed maximis potius laudibus extollantur. Quæro deinde ex illo, qui ita sentientium ex numero est, quibus tandem ipse peccatis expiare velit noxas à se admittas? Hujusne, an alterius vitæ? Si peccatis hujus vitæ, quis tandem impedimento ipsi est, quò minus Indulgentiis, hoc est, pe-

nis ab ipso Dei Filio exantlatis, quæ tanto intervallo suos cujusvis cruciatus superant, sua & ipse jungat, quicumque vult supplicia? An unquam expungendis nominibus obfuit autem mixto, quod erat numeratum, aurum probatissimum adjunxisse? Si peccatis vitæ alterius, hoc est, ferendis in igne illo lustrico? quis tandem ille est, qui virtuti & sanctimonie conformius judicet diu viva & ardentia habere nomina, quibus divina obhigeret Justitiæ, quæ longè velocius liceret extinguere? Aliter planè agendum: quisquis enim vero in DEUM amor fertur, sapissime illa ingeminat: *Dimitte nobis debita nostra*: non minus debita peccata, quàm culpa, ut supremis ab Ecclesiæ Senatibus non semel definitum est. Ecce autem verba ista amantes ingeminant? ut petant à Deo veniam omnium, quæcunque minus gratos Deo facere apta sunt: hoc malum, si averruncare non studerent, profectò illi hæc petitione supercederent. Accedit, quod prima inter vota DEI amicis semper fuerit, ad DEI vultum contemplandum quamprimum admitti. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Quomodo poterit chari ipsi esse possunt obices, qui DEI contemplationem, hoc est, finis ultimi quietam possessionem, remorantur? Hæc autem si ita sunt, cavete, ne quis vos spiritus mendax deludat. Talem autem esse judico quemlibet, qui cum Ecclesiæ moribus & usu pugnat. Quis tam hebes est, ut non adverte-

Major.
1. *raet* 16.
2. *Ind. c.*
3. *Sua*
4. *re* 2. in 3.
p. 1. 4.
di. p. 49.
sect. 5. n.

4

advercat, quanto conaturo nos Ecclesia exciter, alliciat, impellar ad Indulgentiarum gratias procurandas? Quis igitur earum curam omittat falso sanctimoniam prætexit? Relinquit hanc palliolum recordatæ iis, quos suum frigus ad conatustam sanctos non excitat, vobis illo nequaquam utendum est.

XXII. Errâsse equidem videor, dum cunctos ad Indulgentiarum studium, & lucrosissimam permutacionem inducere conatus sum; sunt, qui rectissimè facerent, si cum ceteris ad finem hunc sanctissimum non convenirent. Et qui tandem isti? Pudet me illos nominare. Sunt, qui semper adsint, cum proponuntur Indulgentiæ: sed quid isti propositum habent? Non aliud sanè, quam ut tanto beneficio utantur pessimè, & DEI iram non tam placent, quam irriterent. Festa aliqua lux in certa Ecclesia magnis cæremonijs transigitur, & supra ejus valvas appenditur tabella, his insignita literis: *Indulgentia Plenaria, & omnium peccatorum condonatio.* Crederes harum loco istas legi: *Indultum plenarium, cujusvis generis peccata admittendi.* Adeo lucis illius sanctitate insana plebs abutitur. Accurrunt ex omni latè vicinia Juvenes armati, Puellæ ad omnem vanitatem exulta: luditur; saltatur, ducuntur festivæ choreæ, & tantum non ipsis in Cæmiterijs supra mortuorum ossa ducuntur: oriuntur rixæ, rivalium jurgia, editur ingens animorum strages, si non alijs modis,

Iselyis certè dicerijs, obrucibus, nitibus, desiderijs. Et hæc scilicet est ratio Indulgentijs potiundi? Hoc, ô miseri, non est contractis se exolvere nominibus, sed novis se devincere: hoc est, vim adhibere divinæ Justitiæ, ut vibret fulmina, cum se delusum ejusmodi dehonesta mento doleat: & pro veterum nominum abolitione, & pro injurijs satisfactione, novæ injuriæ accumulentur. Audite eventum tragicum, & ex eo pronunciate, an vera ego commemorem. Neapolitano in Regno, in finibus Provinciæ, quam Campum felicem dixerunt, mons est solitarius, qui nomen ab Ecclesia in eo sita, Marique Virgini dicata, mutatur, Mons Virginis idcirco dicitur. Hunc ad locum, ferijs Spiritus Sancti adventus sacris, ad Indulgentiarum lucrum vicinis è pagis & oppidis accurrunt tam multi, ut numerum sex millium facillè conficiant. Annus agebatur seculi nostri undecimus, cum pro annorum priorum more plurimè ed convenere, tam non pietatis, Deique & Mariæ sanctissimæ colendæ voluntate, ut multi non vererentur magnam noctis partem inter choreas in loco consecrato ducere, & pejora etiam, ut eventus docebit, perpetrare, sic ut tantâ morum licentiâ & impudentiâ ipsam aded miserationum Matrem, ibi cultam, ad iram profiterent. Media siquidem nocte Virgo Beatissima illum in montem cælo delapsa geminas manu faces gestabat: admoto autem utriusque manus ministerio ad tabernam, aliunde adven-

Franc.
Brancat.
in Relat.
apud
Ostre-
man in
pæd.
Christ. 1.
p. 2. c.
13. sect.

adventantibus recipiendis structam, fontico igne, totam unius cum dimidia horæ spacio in cineres redegit, tantâ ibi presentium strage, ut mille quingentis plures vel flamma absumpserit, vel ædium ruina oppresserit; & ne dubitare liceret; fueritne hæc Irati cæli vindicta, an eventus fortuitus, Ipsa Virgo Mater, dum suis armata facibus in montem descendit, quinque se hominibus spectandam obtulit, omniâque, quæ narrata sunt, exequentem: quæ quidem Personæ stragi superstites, jurata testatæ sunt, quæ suismet oculis usurpârunt. Quamquam vel absque his testibus obscura mihi haudquaquam foret tam funesti incendij causa. Solum illud dicam, quod sacro hoc è loco reverentia narrari non vetat: repositos nimirum mortuorum in congerie viros vestitu muliebri, & feminas virili; ut provida illa separatio, quâ illi ab his in taberna se jangebantur, non sufficeret ad detestanda eorum desideria & vota impedienda. En quos ob fines Christiani accedant loca Indulgentiis celebria! Observate tamen & illud, quantum Deo, & quod consequens est, Matri Virgini, ac Beatis Cælitibus displiceant, ac improben- tur conventicula ista, in quibus tam non sedatur Divinæ Justitiæ ira, prioribus noxis deletis; ut aliæ & aliæ incredibili præfidentiâ perpetrentur. An uspiam legistis Misericordiæ Matrem scelerum vindictam postulasse? Et hîc tamen non solum illam postulat, desiderat, quærit, sed ad ejusexecu-

tionem festinat ipsamet: & sicut Filius ejus micissimus in Templi sui prophanatores flagro animadvertit, eosque inde ejecit, sic illa non flagris tantum punit manu suâ ut emendetur, sed audaces istos consumit incendio, occidit, & quasi momento in cineres reducit; nec illi sufficit, ut alterius vitæ ignibus, quos ipsis paratos novit, æternum luant suum scelus, vult ut has sentite hæc in vita occipiant. Scio, vos tam atrociam ad delicta non progredi; illi tamen ludi, convivium, choreæ, & quæ alia indecora animo volvitis, an vobis dignus ad Indulgentiarum lucra obtinenda apparatus videntur? Imò audite quod Romano in Concilio, moderante illud Eugenio Pontifice, decretum est ac definitum. ^{Ann. 1246. Jul. 1. Eug. 1.} Definit autem Pontifex autoritate omnium Præfulum, qui sacrum illum ad Cœtum conven- rant; quòd omnes, quæ eo, quo dice- bam, modo, sacrum hoc ad commo- cium accedunt feminae, *Si cum minori- bus venerint ad Ecclesiam peccatis, cum majoribus revertuntur.* Levia & mi- nora ejusmodi feminarum peccata sunt domesticæ eorum intolerantiæ, garrulitates, clamores; *cum minori- bus veniunt:* graviora earundem delicta sunt, quæ obrutibus lascivis, ve- stitu illecebrosi, aspectu inverecundo admittunt, & alios ad similia admit- tenda pelliciunt; *cum majoribus rever- tuntur.* Quod autem exempli causâ Concilium de feminis pronun- tiavit, de viris etiam proportionem quadam dici posse, pro diversa eorum

rum conditione, non est ambigendum.

XXIII. Sed demus, nihil in ejusmodi profanis conventiculis culpæ gravioris contrahi: num tamen Indulgentias lucrari intenditis, an non? si minus; domi vos continere, neque alijs estote impedimento, qui sacro isti lucro inhiant. Si autem & ipsi Indulgentiam noxarum & pœnarum propositam habetis, an istum ad finem redè vos existimatis paratos, & idoneos? Ad impetrandam plenam criminum veniam dolore ac detestatione feriâ peccatorum est opus, & quidem omnium, siue graviora illa sint, siue levia & quotidiana: neque enim, quâ dolor se non extendit, eò se porrigit venia, neq; pœna remitti potest, culpâ, ut supra dicebamus, non remissâ, ut in damnatis res apertissimè patet, qui semper puniuntur, quia culpa eorum nunquam remittitur. Alterâ autem parte, si dolor iste animum vestrum occupâset, non dispicio, quomodo non foras emicarent ejus indicia, qualia essent modestus totius corporis habitus, oculorum abstinentia, vestium decentia, silentium, & quidquid aliud cor contritum significat. Leo etiam, telo vulneratus, jubam demittit, & promissis in solum oculis incurvus & mœstus ingreditur, rugitusylvas implens; ut nemo non agnoscat, gravi vulnere læsum esse, & ponere altos spiritus, inter se non differre. *Tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum.* Et vos tanta elatione, tanto fastu, oculis ita infrenibus prode-

R. P. Segneri S. I. Christ. Instr. Tom. III.

re vultis dolorem, qui cor vestrum, noxarum conscientiam vulnaret: Frustra id agitis: *Anima enim, si Pro-2. 28. phetæ credimus, qua tristis est super magnitudine mali, incedit curva & infirma: curva corpore, infirma spiritu;* quæ mutuo consensu ponunt superbiam: unde incessus, quem videre est nonnunquam in ijs, qui tamen dolentes se profitentur, indicio mihi est, doloris telum tam non penetrâsse cordis intima, ut ne primam quidem cutem vulnerâsse videatur. Et quamquam etiam cordis fundum penetraret, an existimatis vos altera parte implere, quod Pontificiæ literæ jubent? Pontifex nunquam Indulgentiarum beneficium illi pollicetur, qui Ecclesiam quoquo modo accedit; ut etiam exteri solent, quos ad illam lustrandam curiositas invitat; pollicetur ijs, qui devotè visitaverint. Devotè autem visitare, estne hoc modo visitare, quo modo multi id faciunt? Sola illa, quâ non se abstinere, garrulitas, merito suspicionem mover, irritam fortassis illam visitationem esse. Quid igitur erit, ridere, videre & videri, amoribus indulgere, vestibus, locum sacrum dedecentibus, indulgere hoc profectò magis est devotionem in alijs extinguere, quàm in se excitare: rebus igitur vestris seridè invigilate. Nimis semper formidanda vlla est tempestas, quæ vel benignis sideribus ortis tam non sedatur, ut etiam atrocius sæviat. Destinata Indulgentijs dies, est momentum illud propitium, quo Stellæ, Luna, Sôlque ipse Justitiæ nostrum

R. P. Segneri S. I. Christ. Instr. Tom. III.

supra Horizontem atollunt caput, & inter se certant, de nobis benefico influxu juvandis, opéque indigentibus ferendâ. Quare si sub hoc ipsum tempus magis fuit pravaram nostrarum propensionum procella, nec ulla malacæ affulget spes, quid tandem miseri expectabimus, quàm infame naufragium? Sed procul à nobis sit fors tam adversa: mutemus nostra studia, & decernamus, sic preces Indulgentias, sicut preces re ipsa postulant.

XXIV. Si porro rationem & normam intelligere cupimus, quâ nos oporteat in rem tantam Intentos esse, discamuseam ex prudentis Judithæ verbis, singularem significantibus pietatem: *Indulgentiam ipsius fufis lacrymis postulemus, & humiliemus illi animas nostras*, Indulgentiæ istæ thesaurus sunt locupletissimus; ut omnes nôrunt. Sunt munificentia & benignitas DEO digna, dum momento unico, non culpa tantum, sed & pœna planè omnis, siquidem illæ sint plenariæ, aboletur, nihilque penitus ex peccato remanet. Hanc autem beneficentiam an æquum non est à DEO ardentissimè expectari, si ille ad nos accedit proprius, ut ipsemet laqueos nostros solvat, par non est, nos illi prodire obviam spiritu contrito, supplici prece, & omnibus, quæ nostra sunt; atque calidissimis lacrymis manum illam liberalem abluere, quæ tandem omnes rumpit carenas quibus retinemur, quò minus liberè in cælum evolemus? Hanc

igitur, hanc DEI Indulgentiam fufis lacrymis postulemus: cum utique omnibus cordis nostri gemitibus sit dignissima. Et quia non sufficit postulare, sed ad obtinendas necesse est etiam idoneum se reddere; *Humiliemus illi animas nostras*, Humiliat autem & abjicit se, qui tanto se bono, perfectâ omnium nominum contractorum condonatione, indignum reputat, & hanc suam indignitatem verâ, non spiritus tantum, sed & corporis humiliatione profitetur. Humiliatio & abjectio sui exterior, interioris signum est, imò non rarò etiam causa. Ut enim Balsamum, quo vulnus fors inungitur, ad interiora virtute sua & vi effectice penetrat; sic humiliatio, quæ extimo corpori adhibetur, ad intima usque spiritus pertingit, persuadèque, ne se efferat & extollat. His igitur sensibus intimè imbutos deinceps accedere oportet Ecclesias, ad potiundam thesaurum, tantis laboribus, tantis ærumnis à Christo comparato, & singulari clementiâ Romano à Pontifice nobis aperto, ut tam nullo negotio, torque adjunctis favoribus, illius participes reddi possimus. Sit igitur his in occasionibus vestitus decens, oculi modesti, lingua taciturna, & totus corporis habitus ac conformatio, qualis reum ornât, suarum nozarum gratiam implorantem; nihil autem fastus, nihil contumaciæ exterior homo speret, nec delicta non tam delectantur, quàm multiplicentur.